



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 64. Quid si capitulum usurpet iurisdictionem in singularem
personam capituli, an recurrere possit ad conservatorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

QVÆSTIO LXIII.

Quid si exemptus eodem tempore vocetur in jus coram conservatore & coram alio iudice, coram utro, comparebit.

Hanc quæstionem proposui alio in loco, lib. 4. cap. 107. de iurisdic. ord. in exemptos, unde ne actum agam illius decisio hauriri poterit.

QVÆSTIO LXIV.

Quid si capitulum usurpet iurisdictionem in singularem personam capituli, an recurrere possit ad conservatorem.

SUMMARIUM.

- 1. Aliud est capitulum aliud singuli de capitulo.
- 2. Iurisdic. ordinaria non competit capitulo in singulos de capitulo.
- 3. Secus nisi de consuetudine.
- 4. Capitula cleri secundarij iurisdictionem exercent in singulos de capitulo.

Aliud esse capitulum, aliud singulos de capitulo & proinde capitulo exempto singulos non esse exemptos nec à contra alio loco ostendi. *de iuris ord. in exempt. lib. 2. quest. 23.* quid itaque iuris si singuli de capitulo sint exempti an capitulum poterit exercere in eos iurisdictionem. Neutiquam, tum quia per exemptionem eripitur quisquam à iurisdictione omnium subicitur sanctæ sedi, scripsi lib. 2. quest. 2. nu. 13. Tum quia de iure comrauni iurisdictione ordinaria non competit capitulo in singulos de capitulo. *Abbas cap. ex parte Decani num. 2. de re scriptis & in cap. cum causa nu. 7. de officio deleg.* Dixi de iure communi, quia secus si capitulum de consuetudine (quemadmodum potest) iurisdictionem acquisiverit, *Abb. de cap. ex parte Decani nu. 2. & de cap. cum causa num. 7.*

Vigore quidem ejusmodi consuetudinis existimo capitula Ecclesiarum canonicarum cleri secundarij Diocesis Leodiensis iurisdictionem sibi usurpasse in singulos de eorum Capitulo seu membra capitulo earundem Ecclesiarum supposita adjecti ordinaria propter particulares quosdam iurisdictionem actus quos capi-

Dd 3